

097

Paul.

P.

Moz

quem cotidie debemus mente meditari. de redemptore nro paulus
 quoque loquitur dicens: Ut sanctificaret per suum sanguinem per Christum. extra portam
 passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra. in properium eius portantes.
 Non hic habemus manentem civitatem. sed futuram inquirimus. Vir itaque qui appa-
 ruit in porta stetit. atque talis locutus est. Quia mediator dei et hominum
 Christus Iesus in ipso quoque passionis suae tempore precepta vitae discipulis dedit.
 ut hi qui in eum credunt. ad portam semper aspiciant. et passionem illius
 sollicita consideratione pensantes. a suo quoque exitu cordis oculos non aver-
 tant. Hos quoque cum iam claustra carnis despiciere mortalitatis nostrae angus-
 tias per immortalitatis desiderium transire. in supernae lucis libertatem
 tendere. ad celestis patrie gaudia anhelare ceperimus. ad portam oculos
 tenemus. Quia dum sacramentis temporalibus transire ad eterna cupimus.
 quasi iam presenti vitae tunc dedimus. et cordis faciem in desiderio nostri exitus
 habemus. Scriptum quippe est. Corpus quod corruptum aggravat in unum. et de-
 primit terrena inhabitatio ^{infirmum} multa cogitantem. Si itaque per contemplationem
 iam mente extra carnis angustias tendimus. adhuc tamen in sacramentis que cog-
 novimus. ipsas carnales angustias intra portam tenemus. Saepe namque animus
 ita in divina contemplatione suspenditur. ut iam se percipere de eterna illa
 libertate quae oculus non vidit. nec auris audivit. aliquid per quandam imaginem
 leget. Sed tamen mortalitatis pondere reuerberatus. ad ima relabatur.
 quibusdam penae suae unculis ligatus tenetur. Portae igitur intendit. quae verae
 libertatis gaudia conspiciat. iamque exire concupiscit. sed adhuc non valet. Hinc est
 quod hebraeus populus de aegypti servitute liberatus. cum loquente deo columinam
 nubis cernerent. unusquisque in tabernaculi sui foribus stabat et adorabat.
 De quibus paulo superius dicitur. Cum egredere[m]t[ur] moyses ad tabernaculum surgebant
 universa plebs. et stabat unusquisque in ostio papilionis sui. Ibi etenim